

Ose. 10 : Arabi Iehuda, vasihi Jacob; et Job. 59.  
Vens. 25. — *Grit*, est nigella; quam Graeci *melanthion* quoque à colore dicunt. Estque odoriferum sentem. Vide Dioscoridum. *Cymos* nunc, *cuminum* dicitur. **Triticum** per ordinem, quod Vulgatus dixit per ordinem, possumus dicere *mensuratum*, ut sit adiectivum nomen. Notat autem quod agricola non serat *triticum* nisi in certâ mensurâ iuxta proportionem telluris, etc. Similiter de *hordeo* dicit, quod ipsum ponat signatum; *nissam* enim id significare videtur. Quam vocem Graeci imitati *σπυρον* vocant *signum*, et Iudaei in profanis litteris *sinan signum* vocant, quod Scriptura vocat *oth*. Vulgatus *nissum* dicit; quod quâ ratione fecerit non intelligi, nisi quod graeca editio ita quoque habet, neque sibi in Scripturis reperitur; quod fit ut Vulgatum nemo iure reprehendere debeat; nam conjectura illa quod significet *signatum* sunt leves. Dicere enim possumus rabbinos graecam vocem usurpasse, ut plerisque alias. **VICIAM**, *cusmethe*, species farris est quae nomen habet à *detonione*, quam communiter *speltum* vocant.

Vens. 26. — **IN** iudicio, vel *ad iudicium*; id est, ut agricola recte iudicet quantum terrae quanto tempore arandum; quâque ratione preparare semini debeat, quod semen rursus cui telluri mandandum, et quantum, à *Domino Deo edocetur*. Quamvis itaque longo rerum usu doceantur agricolae, à Deo tamen doceri dicuntur, qui signa ponit in caelo, et distinctionem temporum indicit, quam sequi debent agricola. Primi etiam qui artem hanc exercebant, à *Domino Deo edoceri* sunt. Ille autem continetur vis rationis quâ propheta utitur: Si Deus agricolam docet, et à Deo edocet non errat in opere suo, sed quando arare, quando arrire, quando adquare faciem terrae, quando, et quale et quantum seminis cui telluri spargere debeat, optinè novit; quare committit ut imperius agricolae videatur Deus, qui *totos dies terram prospiciat*, et eratibus *glebas comminuat*, nunquam autem *semen spargat*? id est, quare committit ut vos semper puniat, annos integros flagellet, et ad id propter quod castigationes inducuntur nunquam perveniat? Hoc enim admonerat supra, *viderent ne incalescerent castigationes*, et tandem omnino perirent.

Quomodo alii hac accipiunt, in eorum libris legere, amice lector, poteris; equidem, quia rabbinum locum hunc non satis benè tractarunt, idè plerosque ex nostris quid hic vellet propheta significare non assecutos existimo.

Vens. 27. — **NON ENIM IN SERRIS**, etc. Ab alterâ quoque parte scientiae agriculturae argumentationem conficit. Novit, inquit, agricola quo instrumento unaqueque farris aut seminis species excutienda sit, et quod duriora grana duriori instrumento, tenera autem leviori: neque in hoc facile eum falli videas, ut asperiora mollioribus superinducat, et leviora duris granis adhibeat. Vide versu ultimo quod haec tendat.

Vens. 28. — **Triticum** (qui panis hebraismo interdum dicitur, ut Gen. 41, Prov. 28, etc.) etiamsi rastro aut animalium unguibus aut dentalis rotis excutitur, novit tamen agricola quanto tempore trituri

debeat, ne omnino comminutur. Neque veniant, Vulgatus *vamas*, ut verbum accipit; quod Exod. 25, verbo *occidendi* reddidit, et Deut. 2, *iterandi*; at I Sam. 7: *Exterruit eos*; et 2 Sam. 22, verbo *consuendi* reddidit, pro quo in Psal. nunc legimus: *Et conturbavit eos*: al hic, tanquam nomen, pro strepitu sumi potest, et *strepitus rotæ plaustris ipsius*, id est, praestrepens rota, in perpetuum scilicet *comminuit ipsam*. Neque *oculis*, vel *dentibus*. Metaphorice enim *ungulae* dicuntur et *dentes* in crate, et alius rebus. Ita interpretantur quoque Hebraei. Sed quia locus hic ad intelligendos alios facit in quibus haec vox *pharashim* reperitur, quamvis sensus idem ille sit; quem Vulgatus et Hebraei sequuntur, nonnilil de hac voce, sicut supra polliciti sumus, dicendum erit. Hebraei ex hoc loco dicunt verbum *pharash*, *pungere* significare, quod hic significet *instrumentum dentatum*: idè nomen et pro *equite* accipi, propter calcaria videlicet quibus pungit equum. Certè ego, diligenter consideratis singulis locis in quibus nomen hoc reperitur, et ipsâ verbi propria significatione, nusquam *equitem* significare reperio; sed in plurali quidem, in quo est frequentissimum, *jugalia animalia*; et in singulari, in quo ter tantum reperitur, sumi collectivè pro *jugatura*. Et cum junctis bobus aut equis in nonnullis regionibus triturarent segetes, hic pro *jugalibus* accipiendum duxi. Hic quoque facit locus quem supra exposui, Is. 21, ubi Isaias vidit *jugatum curram*, qui *jacetis asino* et *camelo traheretur*. Facit et etymon nominis: nam verbum propriè *distributionem* et *in partes quodammodo divisionem* significat, quod quia qui rem explicant faciunt, pro *explanare* accipiunt; juncta autem curru animalia, distincta, separata et quodammodò distributa sunt. Neque defuerunt qui hoc loco ante D. Hieronymum ita acciperent; quorum tamen ille expositionem rejicit quod Is usus in Palæstina non fuerit. Liberum esto iudicium lectori. Certè *ungulas*, aut *dentes*, aut *punctiones* nusquam vidi significare: fateor tamen cum *samech*, *pharashim*, *ungulas* notare à verbo *pharas*, *rupit*, *fidit*, etc., ut forni masculini in regimine Zach. 41, et hac ratione hic *ungulas* posse significare concedam, ut *schin* pro *samech* positum sit, non eâ ratione quam Hebraei nonnulli sequuntur. Sensus tamen ubique idem est, nempe quod non sine fine sed certâ quiddam ratione trituratur triticum.

Vens. 29. — **ET** hoc, etc. Hanc rationem excutiendarum frugum, inquit, à *Domino Deo* didicit agricola; auditorum autem animis reliquit ut rationationem conficiant; si Deus agricolam docuit ut sciret quâ ratione singulae segetes triturandae sint, nonne Deus ipse multò melius intelligit quâ mensurâ castigandi sint homines et quâmodò flagellandi? Quare ergo committitis ut veluti imperitus agricola appareat, qui usque ad consumptionem et excisionem vos terat? Hanc enim vobis impendere à *Domino Deo* audivi. Ut **MIRABILE** faceret. Ad verb. *arduum fecit*, et supplendum est *relativum qui*; *qui arduum fecit consilium*, id est, cujus sunt ardua consilia, quae homines

naquaquam assequi potuissent. **ET** **MAGNIFICERET**, *lebe*, et *magnificavit*, id est, cujus sunt magnificae effectiones. Sicut enim ardua sunt consilia, ita quoque iuxta consilia sua ardua sunt effectiones; *thuschiah* Vulgatus *justitiam* dixit, ad sensum nimirum respiciens, quod de punitione ageret propheta. Ad hoc

## CAPUT XXIX.

1. **Vae** Ariel, Ariel civitas quam expugnavit David: additus est annus ad annum: solemnitates evolute sunt.

2. Et circumvallabo Ariel, et erit tristes et mœrens, et erit mihi quasi Ariel.

3. Et circumdabo quasi sphaeram in circuitu tuo, et jaciam contra te aggerem, et munimenta ponam in obsidionem tuam.

4. Humiliaberis, de terrâ loqueris, et de humo audietur eloquium tuum: et erit quasi pythonis de terrâ vox tua, et de humo eloquium tuum mussabit.

5. Et erit sicut pulvis tenuis multitudo ventilantium te: et sicut favilla pertransiens multitudo eorum qui contra te praevaluerunt:

6. Eritque repetè confestium. A Domino exercituum visitabitur in tonitruo, et commotione terrae, et voce magnâ turbinis et tempestatis, et flammæ ignis devorantis.

7. Et erit sicut somnium visionis nocturnae: multitudo omnium gentium, quae dimicaverunt contra Ariel, et omnes qui militaverunt, et obsederunt, et praevaluerunt adversus eam.

8. Et sicut somnias esuriens, et comedi; cum autem fuerit expergefactus, vacua est anima ejus; et sicut somnias siliens, et bibit; et postquam fuerit expergefactus, lassus adhuc silit, et anima ejus vacua est; sic erit multitudo omnium gentium quae dimicaverunt contra montem Sion.

9. Obstupescite, et admiramini; fluctuate, et vacillate: inebriamini, et non à vino: movemini, et non ab ebrietate.

10. Quoniam miscuit vobis Dominus spiritum soporis, claudet oculos vestros, prophetas et principes vestros, qui vident visiones, operiet.

11. Et erit vobis visio omnium sicut verba libri signati, quem cum dederint scienti litteras, dicent: Lege istum; et respondet: Non possum, signatus est enim.

12. Et dabitur liber nescienti litteras, diciturque ei: Lege; et responderit: Nescio litteras.

13. Et dixit Dominus: Eo quod appropinquat populus iste ore suo, et labiis suis glorificat me, cor autem ejus longè est à me, et timuerunt me mandato hominum et doctrinis:

14. Idè ecce ego addam ut admirationem faciam populo huic, miraculo grandi et stupendo: peribit enim sapientia à sapientibus ejus, et intellectus perdentium ejus abscondetur.

15. Vae qui profundi estis corde, ut à Domino abscondatis consilium: quorum sunt in tenebris opera, et dicunt: Quis videt nos, et quis novit nos?

16. Perversus est haec vestra cogitatio: quasi si lutum contra figulum cogitet, et dicat opus factori suo:

enim similitudines superiores induxerat. At nomen est à verbo, et nomine *iesch*, quod *existentiam* significat, unde *effectio* nunc officium designat. Prov. 8, sicut hoc loco, haec duo nomina conjunguntur: *Meum est consilium et effectio*, et Job. 16: *Ipsi est robur et effectio*, etc.

## CHAPITRE XXIX.

1. Malheur à Ariel, à Ariel, cette ville qui a été prise par David. Les années se sont écoulées successivement; les solennités ont pris fin.

2. Et j'environnerai Ariel de tranchées; elle sera triste et désolée, je la rendrai semblable à Ariel.

3. Je ferai tout autour de tes murailles comme un cercle; j'éleverai des forts contre toi, et je ferai des fortifications pour te tenir assiégée.

4. Vous serez humiliés; vous parlerez comme de dessous la terre, et vos paroles en sortiront à peine pour se faire entendre; votre voix, sortant de la terre, sera semblable à celle d'une pythonisse, et vous ne pousserez qu'un son faible et obscur, comme s'il était sorti des entrailles de la terre.

5. Le nombre de ceux qui vous dissiperont sera comme la poussière menue, et la multitude de ceux qui vous tiendront sous leur puissance sera comme les bruits des passagers;

6. Et ces maux vous surprendront en un moment. Cette punition viendra du Seigneur des armées, au milieu des foudres et des tremblements de terre, parmi les bruits effroyables des tourbillons et des tempêtes, et parmi les flammes d'un feu dévorant.

7. Et la multitude des nations qui auront pris les armes contre Ariel, qui l'auront combattue, qui l'auront assiégée, et qui s'en seront emparés, disparaîtront tout d'un coup comme un songe, et une vision de nuit.

8. Et comme un homme qui a faim rêve qu'il mange, mais lorsqu'il est éveillé, se trouve encore vide, et comme celui qui a soif rêve qu'il boit, et après que son sommeil est passé se lève encore fatigué et altéré, et est encore vide; ainsi se trouvera toute la multitude des nations qui auront combattu contre la montagne de Sion.

9. Soyez dans l'étonnement et dans la surprise, soyez dans l'agitation et le tremblement; soyez ivres, mais non pas de vin; soyez chancelants, mais non pas d'ivresse.

10. Car le Seigneur va répandre sur vous un esprit d'assoupissement; il vous fermera les yeux; il couvrira de ténèbres vos prophètes et vos princes, qui voient des visions;

11. Les visions de tous vos prophètes vous seront comme les paroles d'un livre scellé qu'on donnera à un homme qui sait lire, en lui disant: Lisez ce livre; et il répondra: Je ne le puis, parce qu'il est scellé.

12. Et on donnera le livre à un homme qui ne sait pas lire, et on lui dira: Lisez; et il répondra: Je ne sais pas lire.

13. C'est pourquoi le Seigneur a dit: Parce que ce peuple s'approche de moi de bouche, et me glorifie des lèvres, mais que son cœur est loin de moi, et que le culte qu'il me rend, est celui des maximes et des ordonnances humaines.

14. Je ferai encore une merveille dans ce peuple, un prodige étrange qui surprendra tout le monde; car la sagesse de ses sages périra, et la prudence de ses prudens sera obscurcie.

15. Malheur à vous qui vous retirez dans la profondeur de vos cœurs, pour cacher à Dieu le secret de vos desseins; qui faites vos œuvres dans les ténèbres,



Non fecisti me; et figmentum dicat fictori suo: Non intelligis.

17. Nonne adhuc in modico et in brevi convertetur Libanus in Carmel, et Carmel in saltum reputabitur?

18. Et audient in die illa surdi verba libri, et de tenebris et caligine oculi caecorum videbunt.

19. Et addent mites in Domino letitiam, et pauperes homines in Sancto Israel exsultabunt.

20. Quoniam deficit qui praevalabat, consummatus est illisus, et succisi sunt omnes qui vigilabant super iniquitatem;

21. Qui peccare faciebant homines in verbo, et argumentum in portis supplantabant, et declinaverunt frustra à justo.

22. Propter hoc, haec dicit Dominus ad domum Jacob, qui redemit Abraham: Non modo confundetur Jacob, nec modo vultus ejus erubescet;

23. Sed cum viderit filios suos, opera manuum mearum, in medio sui sanctificantis nomen meum, et sanctificabunt Sanctum Jacob, et Deum Israel praedicabunt.

24. Et scient errantes spiritu intellectum, et ministri discunt legem.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — V<sup>e</sup> ARIEL, ARIEL (1). De civitate Jerosolymā est sermo, quam *Arielem* vocat, quod esset veluti *leo fortis*, non solum quod munitissima esset et inexpugnabilis, sed quod vicinas gentes subjugasset, et quasi leo, eo tempore quo in ipsa residebat David, populos decerpisset. Nam *arah decerpere* est, et *ari leo*, et verò *potens, fortis*; unde 2 Sam. 25, 20, dicitur *Banaias occidisse duos Ariel Moab*, id est, duos leones fortissimos Moabitarum. Credo duos viros fortissimos intelligi. Vide vers. seq. At *arx Sion* peculiari nomine *Civitas David* vocabatur, quam ille aedificavit munitissimam, cum eam Jebuseis eripisset, 1 Par. 11, etc. CIVITAS; nota nomen *kireath* esse in regimine et regere preteritum *canah*, quae forma redditur aut per nomen *Civitas residentia Davidis*, aut suppletivo relativo, in *quā*, etc., cuiusmodi locutio non infrequens est Hebraeis. AUDITUS EST. Potest esse in praeterito, et imperativo: et si in praeterito legas, accipe pro futuro, et sensus idem

(1) V<sup>e</sup> ARIELIS ARIELIS URBI. *Ariel* erat nomen altaris holocaustorum, ut apparet Ezech. 45, 15, nempe quod id altare, ut leo, victimas Deo sacratas consumeret. *Urbs Arielis* ergo est urbs Hierosolyma, in qua erat illud altare, magnum urbis decus. Et totum hoc vaticinium ad ritus altaris istius alludit. ADITUS EST ANNUS AD ANNUM. In Hebraeo: *Adjicite annum ad annum*: id est, expectate biennium. Haec propheta pronuntiata et scripta est biennio ante obsidionem factam per Sennacheribum. Saepè enim Deus res easdem voluit predicari, quò magis appareret ejus providentia.

SOLENNITATES EVOLVTE SUNT. *Agri jugulabuntur*. Nam *caem* dicitur non dies tantum festi, sed et victimae, ut Psalm. 118, 27. Similitudine ab altari: nam, quam et in sequentibus persequitur, significat fore ut multi homines pereant per Sennacheribum. (Grotius.)

et qui dites: Qui est-ce qui nous voit, et qui sait ce que nous faisons?

16. Cette pensée est folle et impie, comme si l'argile s'élevait contre le potier, et comme si le vase disait à celui qui l'a formé: Ce n'est point vous qui m'avez fait; et comme si l'ouvrage disait à l'ouvrier: Vous n'entendez rien.

17. Ne verra-t-on pas dans très-peu de temps le Liban devenir une plaine, et la plaine être regardée comme forcé du mont Liban, comme je l'ai produit?

18. En ce temps-là, les sourds entendront les paroles de ce livre, et les yeux des aveugles sortiront de leurs ténèbres à la lumière.

19. Alors les hommes doux se rejoüront de plus en plus dans le Seigneur, et les pauvres trouveront, dans le Saint d'Israël, un ravissement de joie.

20. Parce que celui qui les opprimait a été détruit; le moqueur n'est plus; et tous ceux qui veillaient pour faire le mal ont été retranchés;

21. Ceux qui faisaient pécher les hommes par leurs paroles, qui tombaient des pièges à ceux qui les reprenaient dans l'assemblée, et qui cherchaient de vains prétextes pour s'éloigner de la justice.

22. C'est pourquoi voici ce que le Seigneur, qui a racheté Abraham, dit à la maison de Jacob: Jacob ne sera plus confondu, son visage ne rougira plus;

23. Mais lorsqu'il verra ses enfants, qui sont les ouvrages de mes mains, rendre, au milieu de lui, gloire à mon saint nom, il bénira avec eux le Saint de Jacob, et il glorifiera le Dieu d'Israël.

24. Et ceux dont l'esprit était égaré seront éclairés, et les murmureurs apprendront la loi.

est: *Addite annum super annum*, id est, post non multos annos, numerate paucos annos. SOLENNITATES, *cagag est gyrare, agi in orbem*: hinc ad *festivitates* transferunt, quae celebrantur epulis et choreis, et circumrotationibus: vel quòd evoluto anno rursum redibant: estque *festum agere*. Vide supra 19, 17. Hinc *cag festivitas* frequenter in Scripturis; quod nomen tamen rabini nonnulli, quos sequuntur et nostri, pro *agnis* hoc loco, et Psalm. 118 accipiunt; quam rectè, docui viderint; ubi nos habemus: *Constituite diem solemmem in condensis*; ad verbum: *Vincite cag fuitibus usque ad cornua altaris*: ubi pro *frondibus festivalibus* capi putarem; sicut etiam hoc loco, *decidantur frondes festuales uno atque altero anno*. Repetendum enim hoc est ex priori membro, id est, *evoluntur festivitates*, ut dixit Vulgatus sensum doctissimè reddens. Nam quòd ramos praecident ad festivitates ecclesiasticas, ut etiam hodiè facimus, ex libris rabbinorum intelligere poteris: sed et versio illa Graeca Psalmi et historia Evangelica id satis ostendunt: quòd etiam praecipere vult Angelus Canianus in libello, De vocibus Hebraicis N. T. in voce *OSANA* annotatum reliquit.

VERS. 2. — TRISTIS ET MARENS. Duo nomina sunt hic ab eadem radice, scilicet *arah*, quod est *aliquid gravi de causâ ad lactum impelli*. In secundâ fit transitivum, *impulit, adegit*; quare veriti hic potest cum Vulgato *tristis et marens*, vel *impetus et impetus*; sicut Thren. 2: *Multiplicavit in filiâ Juda impetum et impetum*; quae geminatio multiplicatam et distributionem notat, quasi dicitur, *hinc inde necessitas* (seu *impulsio*) erit, etc. Et ERIT MIHI QUASI ARIEL. Duplîciter hoc accipi potest; 1<sup>o</sup> quòd ipse Dominus se leoni

forti comparet, et civitatem praedæ, q. d., *eritque mihi quasi Arieli*, id est: Tu quae aliis eras leo fortis et alios decerpas, praedæ eris mihi, et ero tibi decaptor; 2<sup>o</sup> ut ludat in nomine *Ariel*; quod etiam altare figuratè significat, ut Ezech. 43, q. d.: In te, tanquam in altari, jugulabo habitatores tuos, et erit sacrificium Domini; ut alibi loquitur Scriptura: *Sacrificium Domini in Bozra*, etc. Dicebatur autem altare hoc nomine propter mactationem et ingluviem victimarum.

VERS. 3. — ET CIRCUMDABO. Hic illud idem verbum est quod vers. 1, reddidit verbo *expugnandi*. Nam interdum est verbum castrense, et plerumque Vulgatus verbo *castrametandi* reddidit; ut v. 1 reddi possit, *civitas quam circumsedid David*, ut eam scilicet caperet. Hoc tamen manifestum est, quòd constructum cum *al verbo obsidendi* rectè vertitur; *obsideo te*, vel *cingam te*, veluti *circulo*; vel *circu te veluti circulus considero*. Sensus idem est. ACCEREM, vel *stationem*, seu *propugnaculum*, in quo in obsidione stant milites. Ad hunc locum, et qui sequitur, respexit Dominus, quando fens super civitatem dicebat: *Circumabunt te inimici tui*, etc. Familiare autem est Deo sibi tribuere eas actiones quae sunt hostium, quando hostes per Deum imitantur.

VERS. 4. — HUMILIABERIS. In Evangelio dicit Dominus: *Ad terram prosternent te, et filios tuos qui in te sunt*. DE TERRA LOQUERIS. Haec omnia exilitatem vocis significant; quae signum est non solum agilitudinis corporis, sed et animi magnis calamitatibus fracti. Vide de hæc voce supra 8, 19. ADIBITUR. *Schach*, *incuratum est*. At *incurari* seu *recurari eloquium* quid est nisi reflecti sonum, etc., Vulgatus sensum vertit.

VERS. 5. — FERÈ omnes interpretes hos quatuor versus de hostium populi Dei subversione intelligunt; et hunc esse morem prophetarum dicunt; sed quàm apposité, apud ipsos videas. Ego certè obscura esse fateor quae hic dicuntur, et hostibus Israelis, maxime Assyriis, qui ab angelo Domini percussi sunt, posse aptari, si superficiem verborum attendas, non dubito. Obscuritatem tamen à propheta affectatam existimo, ut post hos versus videbis: et hæc ut pro hostibus et contra Jerosolynam dicta accipio. Dicit ergò multitudinem hostium futuram veluti tenuem pulverem. Familiare est enim Scripturae pulveri multitudinem innumerabilem comparare. Gen. 15: *Si poterit aliquis numerare pulverem terræ, etiam semen tuum numerabitur*: licet ibi sit alia vox. VENTILATIUM TE; *sach* interdum valet *constringere, comprimere*: et hic modus significandi hic mihi placet. Alii pro *extraneis* accipiunt; sed affixum ne ita acciperem fecit. Supra cap. 1, hoc verbum habuimus: *Vulnera non compresserunt*, id est, non compressa sunt. Et SICUT FAVILLA. Idem hic significatur quod primo membro, nisi quòd hic celeritatem quoque hostium et celerem eorum adventum putò designari. Nomen autem *glebam* proprie designat quam ventus ab aræ excutit: hinc ad alias quoque quisquilias transferuntur quae

vento facilè contorquentur. Significat ergo quòd hostes, velut nebula quadam pulveris, terram operirent, neque praesentirent, et famam suam praevenerent. Quod de exercitu Romanorum sub Tito et Vespasiano verum fuisse narrat historia.

VERS. 6. — ERITQUE REPENTE CONFESTUM. Magis mihi hæc Vulgati interpretis distinctio quam rabbinorum placuit. Sunt autem Hebraei duae dictiones ejusdem ferè significationis; et tanquam nomina et tanquam adverbium capi solent. *Eritque in repentino casu*, vel *citissimè, admodum repente*. VISITABITUR *thiphphaked* potest esse aut secunda persona masc. aut tertia fem. sed ne in secundâ accipiam facit verbum *humiliaberis*, et *loqueris*, quae feminina sunt, et quae praecesserunt, *erit mihi quasi Ariel*, etc. Et quamvis de ipsâ civitate Ariel posset dici quòd *visitaretur*, ego tamen mallem impersonaliter accipere, ut magis incertum maneat de quo propheta loquitur; ut sit sensus: *Eritque à Deo repentina visitatio, seu requisitio*. IN TONITRUO ET COMOTIONE. His nominibus, et quae sequuntur, *turbinis*, et *tempestatis*, etc., cum quibus dicit *futuram visitationem*, satis indicat quòd genus hominum esset illud, et quale visitationis genus futurum. Significat enim hæc divinum iram in Scripturis. Punit namque Deus per creaturas, et terrorem incutiunt *commotiones coeli et terræ et tempestates* aeris: cui addit et *flammam ignis*, ut perfectam desolationem Jerosolymorum intelligamus.

VERS. 7. — SICUT SOMNIUM visionis nocturnae. Quomodo hostes comparet *somnio visionis nocturnae*, id est, visioni quae in somniis fit, explicat ver. seq. nempe quòd erunt *relati somniantes ipsi hostes*, ut mox explicabimus. Vel adventum hostium *somnio* comparat, quòd præter spem venerint, remque citissimè confecerint, moxque omnia disparuerint tanquam somnium. Et qui OBSEDERUNT, *metsoadah est rete* seu *sagena*, Eccles. 9. Videtur ergo accipiendum activè, pro *insidiis, insidiis ejus*, id est, *insidiantes ei*, vel *insidiatores ejus*. Vulgatus sensum expressit.

VERS. 8. — SICUT SOMNIAT. Explicat comparisonem, quòd hostes Judaeorum sint veluti qui famelicis et siti-bundi somniant se comedere et bibere, reverè autem evigilantes adhuc esuriunt et sitiunt; id est, ita faciè perdunt populum istum, ita nullo negotio eos devorabunt, ac si in somniis id fecissent: q. d.: Non explebitis famem eorum; nihil se fecisse arbitrabuntur cum vos deleverint, etc. VACUA EST, secundo loco aliud est verbum, quòd excurrere proprie significat *schacac*. Qui autem sitiit, hæc atque illic excurrit, ut quod bibit inveniat, etc. *Vacua* autem esse animam Hebraeis est frustrari desiderio: id nam *nephesch* interdum est *desiderium*; et pro corpore vivens; unde *facillimè sic veritas, est stomacho vacuo et inani*. CONTRA MONTEM SION. Eccc quam vocaverat *Ariel*, hic dicit *montem Sion*, ut dicere possimus *Ariel*, idem esse quòd *arel*, id est, *mons Dei*, sicut apud Ezechielum loco citato pro eodem ponitur *arel*, et *ariel*. Significat autem et ipsam arcam Davidis, quae proprii nominis *Civitas Davidis* dicebatur; simul et altare, quod



erat velut monteniū quidam Deo dicatus. Cū autē dicit: *Erit nihil veluti Ariel*, pro, ara accipitur. At si hæc adversus hostes dicitur, quo pacto adhuc *anima eorum vacua mansit*? nisi dicamus quod quam animo constituerant fuerint veluti somnia, reverā autem non expugnaverint, etc. Priorem tamen expositionem amplector, quæ et sibi perpetuò constat, et superioribus et sequentibus coheret: quam etiam ex parte alii interpretēs attingunt; sed nequaquam usque ad finem persequuntur. Omnia igitur de Romanis dicta accipe: quod et sequentia probant.

VERS. 9. — Cū propheta vastationem Jerosolymorum describeret, subito vidit ea quæ dicebat, sicut neque alia tam sua quam aliorum prophetarum oracula, Judæos non intellecturos: unde jam de hæc cæcitate incipit sermonem. Oſtēditur. Verbum geminatum *mahemah*, quæ non est usus nisi in quartâ; quod quidem Vulgatus, Gen. 19, veritū verbo *dissimulandi*, et Gen. 45: Si non *intercessisset dilatio*, et alibi aliter. Ego ex his locis et aliis colligo esse verbum *deliberantis, disputantis, seu interturbati animi et distracti in re aliq̄d*; quæ credo Luc. 10, dictum *κατακλιθεὶς, distrahebatur circa multa*, etc., et Psal. 119: *Paratus sum, et non sum turbatus*. Verbo ergo *interturbandi* reddi potest. Possunt autem verba hujus versus alii atque alii punctis in præterito et imperativo legi, *Interturbati sunt, vel Interturbemini*: sensus tamen idem, nam in imperativo id futurum ex justo Deo iudicio tantū significat, et vehementior est oratio. Et ADMIRAMINI; *thamah, obstupuit totus animi turbatione et distractione*: quod majus est quam *admirari*. FLUCTUATE; verbum geminatum *schaascha*, de quo supra cap. 11, dictum est, et cap. 5, 7, est quod nos dicimus *demulcere, blandē et suaviter tractare, contractare amantē, atque constringere*: in quartâ autem absolute positum est, se *palpare, sibi blandire, sequē ipsum adulando decipere*. Reddere possumus eum quodam rabino viro docto *obcecate vosmetipsos*: vel in præterito, *obcecati sunt*. VAGILLATE, *schaah* est simplex, à quo superius compositum est, et juxta variam constructionem variè redditur. Hic absolute positum puto accipi, sicut infra, 52 cap.: *Non reprimuntur (seu restringentur) oculi videntium, etc.*, id est, *obcecantur, et cæci sitis*. Quòd si malis in præterito reddere, sensus non erit ineptus: *Interturbantur semetipsos, et stupefacti manserunt*: *obcecarunt semetipsos et cæci manserunt*. Quia verò semetipsos sibi blandiendo constringunt, *constriicti et cæci remanserunt*: et quia humanâ sollicitudine et multiplici actione exteriori voverunt sibi providere, et posthabita fide justitiæ legis sectari voverunt, *in legem justitiæ non pervenerunt, sed stupefacti manserunt, cū nihil sibi suam sollicitudinem profuisse viderunt*. Adde quod multiplex ad negotia temporalia distractio, quæ Judæorum propria est, mentis stupiditatem illis quoque induxit. INEBRIAMINI (vel *inebriati sunt*), et non à vino; Hebr., et non vinum erat, scilicet, absque vino et absque temetō agitati sunt, seu moti sunt. De motu ebriorum est sermo. Neque scio an sit alia gens in toto orbe

quæ ad intelligendas res spiritalēs (quarum notitiam ipsi profitentur) stupidior et cæcior sit.

VERS. 10. — MISCUIT SPIRITUM SOPORIS. De verbo *nasae* dixi supra cap. 25, quòd de *liquidiorum effusione et aridorum expansione* dicatur. Qui autem profundè dormit, à visione longè abest. Stertunt autem Judæi ad divina, tum suo ipsorum peccato, tum justo Dei iudicio, qui dona sua immeritis, præsertim his qui sese indurârunt et obcecârunt, spissimè denegat. Neque alia res necessaria est ad hoc quòd stupor et sopor obruat mortales, quàm quòd tenebras, quas sibi ipsis offundunt, non dissentiat Deus. Ille enim qui *Deus hujus seculi* appellatur, et *potestas tenebrarum*, ejus rei curam habet, ut nunquàm datâ hujusmodi occasione defuerit. Hoc igitur quod convivente Deo fit (convivēt autem propter scelera nostra) sufficit ad hoc ut dicat Scriptura: *Deum indurare, obtenebrare, soporem immittere*, etc., unde et *se indurare* dicitur Pharaō, et se *excœcare* dicuntur Judæi; Deus quoque *hujus seculi, princeps tenebrarum*, dicitur illos *obcecāre* apud Paulum; et ipse *Deus benedictus* dicitur *indurare Pharaonem, et spiritum hie soporis effundere*. Vide supra, cap. 6. Et CLAUDET. Parim referre sive futuro sive præterito veritas; futura enim omnia hæc erant, et jam facta sunt. Propheta quoque indifferenter temporibus istis utitur. Verbum autem *hatsam confirmatiōnem, condensatiōnem, seu corroboratiōnem* notat. *Corroborare ergo oculos, consolidare seu comprimere*, est immobiles reddere et veluti congelatos, ad videndum prorsus inutiles. Vulgatus sensum attendit. PROPNETAS. Hoc per appositionem accipio. Sunt enim prophete oculi populi, per quos vident; quemadmodum sol dicitur *mundi oculus, per quem videt omnia tellus*. Est ergo irati Dei signum, ut sæpè in Scripturis dicitur, prophetas auerire, et quòd populus doctore careat. Neque minus id hominibus molestum esse deberet quàm corporis oculis privari. Jam quod sequitur, aliud est membrum, et idem ferè est, *duces vestros videntes operiet*. PRINCIPES VESTROS. Hebræis *capita* interdum dicuntur principes. Ratio manifesta est, non solum quia in eminentiori loco et in dignitate constituti sunt, sed quia toti populo prospiciunt, ipsūque moderantur, etc. Frequens autem erat in illo populo ut duces populi visiones quoque et revelationes à Deo haberent. Dixit etiam *operiet*, persistens in metaphora *capitis*. Qui enim obvolvunt totum habent caput, nihil vident. Ergo pro peccatis populi prælati ac principes obcecantur, ne intelligant quæ toti corpori, id est, reipublice providere oportebat. Qui ergo errores principum notant, et illis obtreant, consultius agerent, si peccata sua deflerent, ex quibus obtenebratio principum ortum sæpè habet.

VERS. 11, 12. — ET ERIT (vel *fuit, seu facta est*) *cisio omnis*, etc. Poterant dicere: *Sufficiant nobis libri legis et prophetarum; sufficiant nobis antiqua oracula*, etc. Huic objectioni occurrit, dicens quòd legem et prophetas nequaquam intelligerent tam legis doctores quàm qui litteras nunquàm dicerant; sicut *librum signatum* neque docti neque indocti. legere pos-

sunt. *Velamen enim, quod super vultum ponebat Moses super cor eorum positum est usque ad hodiernum diem*, ut inquit Paulus. Quomodo hoc factum sit infra aperiet propheta. Hic mecum, lector, considera, ex peccatis veluti nebulam quamdam ascendere quæ intelligentiam S. Scripturæ impediât, ut necesse sit fateri, unum eundemque hominem qui purus ab humanis affectibus Scripturam aliquam intelligere posset, si in impuritate lapsus sit, et, ut Basilius loquitur, *habeat mentem quæ sit vite et carnis affectionibus obtenebratam*, eandem illam Scripturam non magis intelligere quàm *verba libri signati*, ut videas quàm tetras exhalationes generent peccatorum mentes lacunis uliginosis persimiles.

VERS. 13. — DOMINUS, vel *Dominus meus*. Jam causas obcecationis Judæorum aperit, quòd videlicet eternam tantum justitiam persequerentur, cordis autem, quòd Deus primum respicit, sanctificationem nihil curarent. Et hæc ipsa causa est quam Apostolus ad Rom. asfert, quare *Israel in legem justitiæ non pervenit*. APPROPINQUAT. Hoc differunt Hebræis *nagach*, quo hic utitur, et *carab* quo Latini *accedere et appropinquare*. Cæterum his verbis solet Scriptura cultum et ministerium significare; estque hoc loco allusio ad legem, in quâ non semel nomine *appropinquantium Deo* intelliguntur ministri Domini; ut cūm orta est contentio inter Core et alios, quis summo sacerdotio dignus esset, dixit Moses, Num. 16: *Mane ostendit Dominus, qui sibi sui, et sanctum appropinquare faciet ad se; et quem elegerit, appropinquare faciet sibi*; Lev. 8: *Appropinquare fecit filios Aaron*; Ezeq. 42: *Sacerdotes, qui appropinquant Jehova*. Sermo ergo hic præcipue ad sacerdotes est. Quòd si istorum sanctitas rejicitur qui speciali nomine sancti dicebantur, quid de reliquo populo sentiendum est? TIMERE ME. Manifestum est verbo *timendi* sæpè Hebræis cultum et religionem significari. Vulgatus sensum expressit. Nomen hoc loco in Hebræo infinitivè accipitur, *fuit timere eorum me*; et hoc rursum nomine reddendum est, *fuit timor, cultus, religio eorum erga me*. *Cultus*, inquit, *quo me coluerunt, fuit mandatum hominum*. MANDATO HOMINUM. Aliquando *mandatum seu institutio hominum* in malum accipitur; eaque tunc nota mandata quæ nihil habent divinum, neque ex lege et institutis Dei pendent, neque quicquam ad pietatem conferunt (qualia prope infinita habebant Judæi) sed sunt meræ humane inventiones. Hæc rejicit hic locus. Nam aliàs *obedire prepositis* jubet Scriptura: qui tamen nonnulla præcipiebant olim quæ in Scripturis non continentur, et ex epistolis Pauli manifestum est: ne putent novi hæretici verba hæc Propheta aut Evangelii quidquam perverso illi dogmati patrocinari quo hominum universa statuta nituntur convellere, ut sine jure maneant tam ipsi quam eorum discipuli, et ad omne genus flagitiorum liberi. Hoc tamen ingenue fatebor, quòd etiam illa hominum statuta quæ exteriorem tantum cultum respiciunt, et sunt à SS. Patribus commendata et observata, si observentur posthabita fidei misericordiâ

et justitiâ cæterisque virtutibus, quæ hominem interiorem in oculis Dei decorum reddunt, non magnificat Deus. *Festos enim dies et sacrificia*, quæ Dominus præceperat, eò quòd *manibus sanguinolentis offerrentur, se odisse* dicebat Dominus; quæ tamen succiperet, si *judicarent pupillo*, etc., ut cap. 1, dictum est. Nollem ergo, dūm blasphemam Lutheranorum doctrinam, quâ sanctas Patrum constitutiones ac traditiones ut hominum inventa rejiciunt, ut dignum est, abominamur, plus æquo externâ justitiâ et specie tantum pietatis contenti essemus; quinimò *labiis et corde Deum glorificaremus*, ut pii faciunt, qui *psallunt spiritum, psallunt et mente*. Et DOCTRINIS. Manifestum est hunc esse sensum ex ipsis Evangelicis. Nec dubium quoque est quæ de traditionibus rabbinorum sit sermo, quibus plenus est liber Talmud ipsorum, quarum licet nonnulla, præsertim antiquæ, sanctitatem redoleant, præterque tamen superstitiosæ sunt. Ego verbum verbo reddidi; *melummadah* participium est significationis passivæ, generis feminini, *docta, edocia* Ose. 10: *Ephraim vitula edocia*. Et cum *matseân* hic construitur; *tota*, inquit, *istorum religio mandatis et traditionibus quas docuerunt homines continetur*. *Relinquabant autem præcepta Dei propter traditiones has*, ut est in Evangelio. Sed quid inde?

VERS. 14. — ADAM UT ADMIRATIONEM FACIAM, etc. Sensus est quem Vulgatus expressit. Ego verbum verbo reddidi: Propter hanc hypocriticam rationem colendi *Deum factam ardua et ardua*, id est, multa quæ hominum mentes transcendant, faciam prodigia, quæ *populus hic admiretur*, et in quorum contemplatione *obstupescat*. Dixi autem in plurali *ardua et ardua*, cūm Hebræa sint singularia *haphelè vaphelè*, quòd nomen hoc (ut nomen enim, posthabita rabbinorum punctatione, accipio utrumque) ferè sæpè in singulari collectivè accipitur: non malè tamen hic cum Vulgato in singulari redderetur. Verbum autem *addo* Hebræis cum altero verbo sæpè frequentiam actionis notat. PERIBIT ENIM; est certè hoc prodigiorum non minimum, imò et præcipuum, ut scilicet sapientes in divinis Scripturis omninò nihil intelligerent; quòd eò majus portentum est quòd nec se sapientiâ et scientiâ destitutos esse intelligunt. Hanc autem partem miraculi, et alteram non minis stupendam exponēt v. 17, et seq.

VERS. 15. — PROFUNDI ESTIS CORDE. *Corde* addidit vulgatus Hebr.: *Væ qui profundatis, vel profundantur*, id est, profundum facitis; vel: *Væ qui profundamini à Jehova*, id est, qui vosmetipsos abditis, veluti qui specus et terræ cavernas ingrediuntur ut lateant. Hic molus constructionis hunc sensum facere solet Hebr., quasi duo essent verba; quod explicat, dicens: *Ur ASCONDATIS CONSILIUM, q. d.: Væ vobis qui in intima penetralia convenitis ad deliberandum, et ut quid agere debeatis contra Dominum et ejus decreta statuitis, tanquàm si latere possent Deum vestra consilia*. Certè cūm sapientes Judæorum intelligerent Dominum Jesum esse heredem à Deo missum, cūm adventus illè eis dispiceret, tanquàm si Deus errasset,



possentque ipsi sua inani prudentiâ Dei decreta subvertent, consilium inierunt ut eum occiderent, quò hæreditas ab eorum manibus nunquam auferretur. De consultationibus ergo adversus Dominum et adversus Christum ejus est sermo. In quam stultitiam eos prolapso intelligo ob hypocriticam justitiam: speciem enim jam se cæcitas atque ignorantia vel hæc unâ re exalabant. QUORUM SUNT IN TENERIS OPERA. Doctè et eleganter hebraismum vitavit, quem ego retinui, quòd manifestus esset, q. d.: Sicut hæc tenebris operibus tenebrarum (id est, quæ indignum est ut in conspectu hominum fiant) incumbant, putantes sat sibi esse quòd hominibus ignota forent, adeoque de Deo nihil Deo dignum cogitabant, ut quia nullus hominum eos videbat, aut quid agerent noverat, dicere solerent: *Quis videt nos? aut quis novit quid agamus?* Ità juxta eandem impletatem contra Dominum Jesum à Deo misum consultabant, vel hoc unum non considerantes, quòd si verè erant promissiones de Christo venturo, vera quoque forent necesse esset quæ de ipsius regno prædicta erant. Sed diuturna peccata, præsertim si non desit species pietatis, sequi solet mentis hebetudo et impie de Deo cogitationes.

VERS. 16. — PERVERSA EST ILEG VESTRA COGITATIO. Hic infinitivus est pro nomine. Vulgatus pro *pervertente* accepit, et *cogitationis* nomen addidit, ut rem illustraret. Ad verbum juxta hunc sensum sic reddi potest: *Pervertite vestrum* (id est, *perversitas vestra*) *certe quasi lutum figuli cogitatis*, id est, cogitaret, etc. Atque hunc sensum reddidit Vulgatus neque ineleganter. Potest etiam habere sensum quem expressi, ut *in pro si, et hi pro quando* accipiatur: *Si vertere vestrum*, id est, versio, si formatio vestri est *veluti versio luti in manu figuli*, si non aliter reputari debet, quando, queso, *consecuit lutum* (seu *opus luteum*) *dicere factori suo: Non fecisti me?* etc. Nam qui putat se posse Dei decreta invertere, et suâ prudentiâ impedire ne quem Deus misit in mundum ut salvet mundum, id efficiat, etc., id dicit factori quòd non se fecerit, aut ignorat quid fecerit. Potest et aliter reddi: *Subversio vestra certe veluti luti figuli reputabitur, si dicet opus, etc.* id est, non est quòd dubitetis de vestra subversione, non minus quàm luteum opus de suâ, si dicet figulo: *Non me fecisti*, etc. Et hanc ex parte sequuntur periti ex Hebræis. Nam *haphac* est *vertere* cum suis compositis, *pervertere*, *subvertere*, etc.

VERS. 17. — IN MODICO ET IN BREVI. De his duobus vocibus jam supra dictum est, *in modico*, in *valde modico*, in *minis modico*, *quam altissimè*. Primum miraculum et vix credibile fuit ut sapientes Judei, qui in toto orbe soli sapientes erant, sicut dicturas omnes gentes dicebat Moses (soli enim illi verè Deum colebant, et verum Deum agnoscebant), scientiam et sapientiam suam amitterent; et qui soli Scripturas legerent et intelligerent, jam eas neque legant, neque si legant intelligant; et qui soli oculorum acie præstant cæci fierent. Alterum verò erat, neque minus Judeis incredibile, quòd incircumcisæ gentes omni-

bus istis bonis fruerentur. Et hanc rerum vicissitudinem his versibus aperit, quam Apostolus non semel attingit, præsertim Rom. 11., ubi *diminutionem Judæorum dicit divitias fuisse mundi*, etc. Nec aliud est illud Evangelii: *Auferetur à vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructus*: et in Actis: *Vobis oportebat primum prædicari regnum Dei; sed quia revertistis illud, et indignos vos judicastis, etc., ecce convertimur ad gentes*. Et quidem si mysterium hoc velatum erat et à seculis occultum, *gentes esse coheredes et participes*, etc., multò majoris admirationis erat, exclusis et præcis Judeis, inseri gentes, etc. Hanc vicissitudinem significavit Evangelicus hic propheta *commutatione Carmelis*, quæ erat fertilissima regio, in *Libanum*, qui erat mons densissimis arboribus consitus, et contra.

VERS. 18. — SURDI ET CECI ERANT GENTILES, IN QUORUM AURIBUS NON INSONERAT VERBUM DEI, ET QUI VELUTI CECI DUCEBANTUR À PRINCIPLE TENEBRARUM, PRUT IPSE TOLEBAT, AD SIMILACRA MUTA, etc. ut inquit apostolus, qui miserabilem ipsorum sortem non semel describit. Hæc autem respondent iis quæ superius dicebat, quòd oculi Judæorum clauderentur, et quòd verba Dei essent illis *velut verba libri signati*. Porro isti *audient verba libri* illius, et habebunt qui legat et illis aperiat, prædicet, etc., illi quoque dicis parebant. Et de calicis, etc. E mediis ignorantie tenebris et peccatorum caligine gentes viderunt et agnoverunt gloriam Evangelii, et illis effulsit Christus, splendor gloriæ Dei, qui de tenebris nos vocavit in admirabile lumen suum. Illud autem è tenebris, è caligine emphasis habet. Nam Judei in lumine agebant, et non viderunt.

VERS. 19. — ADDENT LETITIAM, HEBRAÏSMUS EST, ID EST, MULTIPLICITER LETABANTUR, VELUTI CUM LETITIA LETIFICE ADDITUR. Hoc est quod Paulus ait: *Gaudete in Domino semper; iterum dico: Gaudete*. Sicut addere sapientiam est augere sapientiam, seu copiosam sapientiam acquirere. Mirus. Ego *inopes* et *egenos* dixi, juxta etymologiam. Est hic nomen plurale in formâ regiminis, id est, *egeni hominis*, seu *hominum*. Sunt quoque nomina hæc epitheta gentium idololatrarum, et omnium qui ignorant Deum, quòd non habeant quem invocent, qui eorum votis respondeat, qui perpetuo in desiderio sunt, neque habent quo appetitum satient, cum solo Deo agnito ac dilecto quiescat animus hominis; et per Christum Dominus *esurientes implet bonis*, et *exaudiat genitus inopum*, non possunt non letari et exultare in Domino. Possunt hæc non de gentibus tantum intelligi, sed in genere de *inopibus* et *egenis* seu *pauperibus*; quod genus hominum Christus Dominus in hunc mundum veniens evertit. Vide Psal. 72: *Ex usuris et iniquitate redemit animas eorum; et honorabile nomen eorum*, etc. Et in Evangelio manifestum est quantum Dominus pauperibus favorit. Unde quia hoc miraculum quoddam erat, inter cætera discipulis Joannes hoc quoque connumeravit: *Pauperes evangelizantur*. De his itaque qui in hoc mundo pauperes sunt, maxime si ea habeant quæ pauperiem comitari solent, animi humilitatem, mansuetudinem et si-

miles divitias, hæc possunt accipi, similiter et quæ sequuntur.

VERS. 20. — QUONIAM, etc., *deficiente enim prævaledo seu tyranno, etc., inopes letati sunt*: vel quia *in defectu letati sunt*. De principe autem hujus mundi hæc licet accipere, quem Dominus *ejecit foras*, etc., vel etiam in universum, quòd tyranni, et qui pauperes opprimant, etc., cessaverint per Evangelium. Possunt et de Judeis accipi, qui superbi gentes irridebant, et pauperes despicebant, et jus omne pervertebant. Atque hic sensus magis ad rem facere videtur; quapropter hunc persequamur. QUI PRÆVALEBAT, propriam justificationem expressit. Accipitur autem collectivè. Et sunt hæc Phariseorum et Sacerdotum illius seculi epitheta. De nomine autem *aris*, vide infra, c. 49, ubi dicit: *Rapina prævaledo eripietur*. Est autem fortior, valentior, qui aliis prævaleat; quales erant principes sacerdotum. Hos mox etiam collectivè vocat *lets*, *illusorem*; nam eodem superiori capite vocavit viros *illusionis*, etc. QUI VIGILABANT, etc., ad verb., *vigilantes iniquitatis*, id est, qui vigilat in iniquitatem possint complere et exsequi: vel potius *vigiles concupiscentiæ*, id est, qui excubias agunt, maxime in hoc intenti sunt, ut concupiscentiam teneant. Metaphora sumpta à custodiis et vigilibus civitatum. At quos vidisti unquam valentiores et vigilantiores cupiditatis propugnatores quàm Scribas et Phariseos? Certè ut eam tuerentur, Christum Dominum, qui cupiditati bellum indixerat crucifixerunt, et discipulos Domini ad mortem usque insectati sunt. Quia ergo præsentiebant sibi eripiendam concupiscentiam, id est, injustè parta, et idcirco Dominum oppugnabant, quòd sibi contrarius esset, *rigiles cupiditatis* seu *concupiscentiæ* meritò et eleganter dicuntur, quasi eos conduxisset concupiscentia, ut vigilarent ne diriperetur. Quando igitur (vel quia) isti *excisi sunt*, et Jerusalem vastata est, *pauperes illi Evangelici letati sunt* et ingenti gaudio perfusi. Sed adhuc plura de Phariseorum moribus nobis commemorat Isaia, ut tantum non testis oculatus esse videatur.

VERS. 21. — QUI PECCARE FACIEBANT, vel *errare*. Annon in verbo faciebant *errare homines*, qui, cum verbum Dei staret: *Honora patrem tuum et matrem*, etc., dicebant: *Mamus quodcumque est ex me, tibi proderit*, etc., et *transgredi faciebant præcepta Dei propter traditiones suas*? Quid si *errare facere* sil, tanquam errantem damnare? Annon hominem illum (nam hic Adam quoque in singulari est), illum, inquam, Filium hominis, tanquam blasphemum lapidare sæpiùs voluerunt, tanquam qui *errasset in verbis*? Annon hunc dato à Deo judici universorum, qui eorum mala opera tanquam iudex in portâ publicè *damnabat, laqueos tendebant et complicabant*, ad eum sæpiùs venientes ut in *sermone eum caperent*? Annon ab hoc justo in vanitatem (seu *inordinationem*) declinaverunt, et ab ipsius doctrinâ, de verâ justitiâ, ad justificationem inanem purificationum suarum declinabant? Quid si nomen *hominis* et *verbi* et *corripientis* collectivè accipias? quòd scilicet illi *vigiles iniqui-*

*tatis* sententias injustas profère faciebant iudices, ut in verbis peccarent, et astutis suis à iudicibus iniquis sententias extorquebant, et jus, vel iudices justitiæ præsidès, declinabant seu incurvabant in vanitatem seu *inordinationem*, id est, omne jus pervertebant et pesumabant, ut non veritas vinceret, sed mendacium. Cùm isti, inquit propheta, qui hæc faciebant, *deleti sunt*, quibus dubitet discipulos Domini *letatos fuisse*, quòd committis injustitiæ ponas luere, et verbum Domini staret, qui eos devastandos prædixerat? Facile poteris omnia hæc superioribus interpretationibus, quas omisi, accommodare. Sed vide quæ sequuntur, et hanc interpretationem comprobabis.

VERS. 22. — Cùm Judæorum executionem apertè denuntiasset, simul et vocationem gentium, qui eorum honorum gratuita collatione fruerentur à quibus Judæi casuri erant, non præterisset, obijci à quibus non immeritò poterat: *Abraham et Jacob*, qui bus factæ sunt promissiones de infinita sobole, et cum quorum semine Deus æternum fœdus pepigit, si si res se habet, *confundantur et pudeant necesse est*. Huic opportunè jam objectioni propheta obviam ire videtur his tribus versibus: *Dominus*, inquit, *qui Abraham liberavit*, ne cum idololatris periret, in hunc modum ad posteritatem Jacob ait: *Jam posthac non pudebit Jacob*, aut Abraham, *neque facies suas avertent*, ut facere solent qui pudeant, etiam dicitur cum excedendis Judæis, et tandem exscedendis.

VERS. 23. — CUM VIDERIT, quando, inquit, *videat Jacob et Abraham*. FILIOS SUOS OPUS MANUUM MEARUM, id est, cùm viderint sibi natos illius virtute sed, licet non ex carne sua. Nam *fili promissionis*, qui sequuntur fidem Abraham, *ipsi in semine censentur*; quos Deus de lapidibus suscitavit, et ab oriente et occidente vocavit, ut cum Abraham quiescerent in regno calorum, *ejecisset filius regni*. Isti, inquam, sunt filii Abraham, *opus manuum Dei*. Cùm hos viderint in medio sui, seu in intimo sui, intra sinum suum, in domo sua, et in nullo à verè illis suis discrepantes, veros Israelitas et veros Judæos, intelligentes non irritas promissiones sed fidelissimè adimpletas, tantum aherit ut *pudeant*, ut tunc multò magis sanctificent et sanctum prædicent nomen meum, me, inquam, sanctum, id est, sanctificantem Jacobæos, et Deum Israelis. Et ipsimet posterì secundum carnem, qui simul sunt filii secundum fidem, illi ipsi non confundentur ob paucitatem, aut promissiones Patribus factas, sed magnificabunt Deum, cum viderint tot millia fratrum ex gentibus fidem patris sui Abraham sectantium. PRÆNCIPABUNT. Verbum est Hebræis, de quo sæpè dictum est, et quod non semel *prævalere* vertunt, arats, et infra 47, *feri fortorem* dixit Vulgatus. Et nomen inde deductum supra v. 20, dixit qui *prævalebat*; ergò in tertiâ est *facere prævalere*, id est, quem alii timeant et tanquam terribilem admirentur. Vide supra 8, 12, 15.

VERS. 24. — ERRANTES SPIRITU. Exponit qui sint illi *fili opus manuum Dei*; nempe gentes, quas hæc nomen *errantes spiritu* seu *stultos* vocabamus; de quibus



Moses : *Et in gente stultis irritabo illos. Crediderim autem errare spiritum ad religionem referendum, quod gentes ignorantes verum Deum hinc atque illic terebantur, et hæc aut illa pro diis colebant; isti, inquam, notitiam de Deo vera amplecterentur. Mustratores. Hæc vos rogemus non reperitur alibi in Scripturis. Hebræi docti putant esse murmuratores. Quantum autem ex cognatis vocibus licet conjectari, sunt delatores seu infamatores, vel etiam infames, qui male audiant, quicquid immorigeri sunt et indisciplinabiles: ipsi, inquam, discede doctrinam: isti erant gentes, ut dixi. Est autem lacus, accipere; id est nomen quod traditionem seu doctrinam acceptam vel accipiendam notat, vel quæ quis capitur. Volgatus, Deut. 32, 2, doctrinam vertit, et Job. 41, 4, sermonem, et Prov. 7, etc. Animadvertite autem quod per doctrinam pertrahuntur homines ab erroribus et morum infamia, ut tandem possint in filios Abraham et Dei regenerari. Ubi quoque considera efficaciam verbi Dei, quo non solum inclinati aut jacentes in pedes eriguntur, sed et repugnantes et indisciplinabiles capiuntur. Possunt et hæc omnia multo aliter accipi, nempe ut supra v. 25, ki, cum Vulgato pro sed aut pro quia accipiamus, et fu-*

CAPUT XXX.

1. Væ filii desertiorum, dicit Dominus, ut faceretis consilium, et non ex me: et ordiremini telam, et non per spiritum meum, ut adderetis peccatum super peccatum;
2. Qui ambulatis ut descendatis in Ægyptum, et os meum non interrogastis, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, et habentes fiduciam in umbrâ Ægypti.
3. Et erit vobis fortitudo Pharaonis in confusione, et fiducia umbræ Ægypti in ignominiam.
4. Erant enim in Tani principes tui, et nuntii tui usque ad Hanes pervenerunt.
5. Omnes confusi sunt super populo qui eis prodesse non potuit: non fuerunt in auxilium, et in aliquam utilitatem, sed in confusionem et in opprobrium.
6. Onus jumentorum austrî: in terrâ tribulationis et angustie, leona et leo ex eis, vipera et regulus volans, portantes super humeros jumentorum divitias suas, et super gibbum camelorum thesauros suos, ad populum qui eis prodesse non poterit.
7. Ægyptus enim frustra et vanè auxiliabitur: ideò clamavi super hoc: Superbia tantum est: quiesce.
8. Nunc ergo ingressus scribe ei super buxum, et in libro diligenter exara illud; et erit in die novissimo in testimonium usque in æternum.
9. Populus enim ad iracundiam provocans est, et filii invidioses, filii volentes audire legem Dei.
10. Qui dicunt videntibus: Nolite videre; et aspicientibus: Nolite aspiciere nobis ea quæ recta sunt: loquimini nobis placenta: videte nobis errores.
11. Auferite à me viam, declinate à me semitam: cesset à facie nostrâ Sanctus Israel.
12. Propterea hæc dicit Sanctus Israel: Pro eo quod reprobastis verbum hoc, et sperastis in calumniâ et in tumultu, et dixistis estis super eo:

tura pro infantris, et vau initio versu 24, pro tunc; quæ Hebræicè doctis non sunt inaudita. Eritque hic sensus: Non pudebit Jacob: quia cum viderit filios suos laudare et sanctificare nomen meum, id est, gentes inter filios suos computatas, tunc errantes spiritus, etc. Id est, Judæi ipsi secundum carnem, qui hæcenus spiritu errabant, et doctrinam Domini deridebant, et adversus eum murmurabant, etc. tunc, inquam, apprehendent eam, etc., ut sit quod Paulus ait: Cum ingressa fuerit plenitudo gentium, tunc omnis Israel salvus fiet, quo fiet ut non confundatur Jacob, cum scilicet multo plus sibi natos filios videat quam unquam putarit. Quæ expositio eò minus rejicienda est quò magis videas epitheta hæc ultimè versu maxime infidelibus Judæis convenire. Illi enim sunt qui semper errarunt corde; illi sunt qui semper murmurarunt, et Spiritui S. resisterunt, etc. Unde Paulus ad Titum, c. 1: Oportet episcopum amplecti eum qui secundam doctrinam est fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrinâ sanâ, et eos qui contradicunt arguere. Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui et seductores, maxime qui de circumcisione sunt; quos oportet redargui, etc.

CHAPITRE XXX.

1. Malheur à vous, enfans rebelles, dit le Seigneur, qui faites des desseins sans moi, qui formez des entreprises qui ne viennent point de mon esprit, pour ajouter toujours péché sur péché;
2. Qui vous mettez en chemin pour aller en Égypte sans me consulter, espérant trouver du secours dans la force de Pharaon, et vous croyez en sûreté à l'ombre de l'Égypte.
3. Cette force de Pharaon sera votre honte; et cette confiance que vous avez dans la protection de l'Égypte vous couvrira de confusion.
4. Vos princes ont été à Tanis, et vos ambassadeurs se sont avancés jusqu'à Hannès.
5. Mais ils ont tous été confondus en voyant un peuple qui ne pouvoit les assister; qui, loin de les secourir et de leur rendre quelque service, est devenu leur honte et leur opprobre.
6. Voilà leurs bêtes déjà chargées, pour aller au midi; ils vont dans une terre d'affliction et de misère, d'où sortent le lion et la femme, la vipère et le basilic volant; ils portent leurs richesses sur le dos des chevaux, et leurs trésors sur la bosse des chameaux; pour les donner à un peuple qui ne pourra les assister;
7. Car le secours de l'Égypte sera vain et inutile. C'est ce qui m'a fait croire à Israël: Vous ne trouverez là que de l'orgueil; demeurez en paix.
8. Maintenant donc, allez graver ceci sur le buis en leur présence, et écrivez-le avec soin dans un livre, afin qu'au dernier jour il soit comme un monument qui ne périra jamais.
9. Car ce peuple est un peuple qui m'irrite sans cesse: ce sont des enfans abandonnés au mensonge, des enfans qui ne veulent point écouter la voix de Dieu.
10. Qui disent aux voyans: Ne voyez point; et à ceux qui ont des visions prophétiques: Ne nous annoncez pas ce qui est droit et juste; dites-nous des choses qui nous plaisent; annoncez-nous des erreurs.
11. Éloignez de nous la voie de Dieu; détournez de nous ce sentier; que le Saint d'Israël cesse de paraître devant nous.
12. C'est pourquoi voici ce que dit le Saint d'Israël: Parce que vous avez rejeté cette parole du Seigneur, et que vous avez mis votre confiance dans la calomnie et le tumulte, et que vous y avez mis votre appui:

15. Propterea erit vobis iniquitas hæc sicut iterum ruptio cadens, et requisita in muro excelso: quoniam subito, dum non speratur, veniet contritio ejus.
14. Et comminatur sicut conteritur lagena figuli contritione pervalida: et non invenietur de fragmentis ejus testa; in qua portetur igneus de incendio, aut hauritur parum aquæ de foveâ.
15. Quia hæc dicit Dominus Deus, Sanctus Israel: Si revertamini et quiescatis, salvî eritis: in silentio et in spe erit fortitudo vestra. Et nolistis.
16. Et dixistis: Nequaquam, sed ad equos fugiemus: ideò fugietis. Et super veloces ascendemus: ideò velociores erunt qui persequuntur vos.
17. Mille homines à facie terroris unius: et à facie terroris quinque fugietis, donec reliquamini quasi mænis navis in vertice montis, et quasi signum super collem.
18. Propterea expectat Dominus ut misereatur vestri: et ideò exaltabitur parcens vobis; quia Deus judicii Dominus; beati omnes qui expectant eum.
19. Populus enim Sion habitabit in Jerusalem: plorans nequaquam plorabis, miserans miserabitur tui: ad vocem clamoris tui, statim ut audierit, respondebit tibi.
20. Et dabit vobis Dominus panem arctum, et aquam brevem: et non faciet avolare à te ultra doctorem tuum: et erunt oculi tui videntes preceptorem tuum.
21. Et aures tuæ audient verbum post tergum momentis: Hæc est via, ambulate in eâ, et non declinetis neque ad dexteram, neque ad sinistram.
22. Et contaminabis laminas sculptilium argenti tui, et vestimentum confamilis auri tui, et disperges ea sicut immunditiam menstruatæ: Egredere, diceo ei.
23. Et dabitur pluvia semini tuo, ubicumque seminaveris in terrâ: et panis frugum terræ erit uberrimus et pinguis; pascetur in possessione tuâ in die illo agnus spatiosè.
24. Et tauri tui et pulli asinorum, qui operantur terram, commixtum nigra comedent sicut in arca ventilatum est.
25. Et erunt super omnem montem excelsum, et super omnem collem elevatum, rivi currentium aquarum, in die interfectionis multorum, cum ceciderint turres.
26. Et erit lux lune sicut lux solis, et lux solis erit septemplerit sicut lux septem dierum, in die quâ alligaverit Dominus vultus populi sui, et percussuram plagæ ejus sanaverit.
27. Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor ejus, et gravis ad portandum: labia ejus repleta sunt indignatione, et lingua ejus quasi ignis devorans.
28. Spiritus ejus velut torrens inundans usque ad medium colli, ad perdendas gentes in nihilum, et frenum erroris, quod erat in maxillis populorum.
29. Canticum erit vobis sicut nox sanctificatæ solemnitatis, et taciturnitas cordis sicut qui pergit cum tibi, ut intrat in montem Domini ad Fortem Israel.
30. Et audiam faciet Dominus gloriam vocis suæ, et terrorem brachii sui ostendet in comminatione fu-

15. Cette iniquité retombera sur vous comme ayant haute muraille, et requisita in muro excelso: quoniam subito, dum non speratur, veniet contritio ejus.
14. Et se brise comme un vase de terre qu'on casse avec effort, en mille morceaux, sans qu'il en reste seulement un têt, pour y mettre un charbon pris d'un feu, ou pour puiser un peu d'eau dans une fosse.
15. Car le Seigneur Dieu, le Saint d'Israël, vous dit: Si vous revenez, et si vous demeurez en paix, vous serez sauvés: votre force sera dans le silence et dans l'espérance. Et vous n'avez point voulu.
16. Vous avez dit: Nous n'en ferons rien, et nous nous enfiurons sur des chevaux. C'est pour cela que vous serez mis en fuite. Nous montrerons sur des coursiers très-vites. C'est pour cela que ceux qui vous poursuivront courront encore plus vite.
17. Un seul homme en épouvantera mille d'entre vous; cinq vous frapperont de terreur, et vous seront tous fuis, jusqu'à ce que ceux qui restent d'entre vous soient comme le mât d'un vaisseau dressé sur une montagne, ou comme un étendard dressé sur une colline.
18. C'est pourquoi le Seigneur vous attend à pénitence, afin de vous faire miséricorde; et il signalera sa gloire en vous pardonnant, parce que le Seigneur est un Dieu d'équité. Heureux tous ceux qui l'attendent.
19. Car le peuple de Sion habitera à Jérusalem. Peuple fidèle, vous finirez enfin vos pleurs; le Seigneur vous fera certainement miséricorde; lorsque vous crierez à lui, il n'aura pas plus tôt entendu votre voix, qu'il vous répondra.
20. Le Seigneur vous donnera du pain de douleur, et de l'eau d'affliction, et il fera que celui qui vous instruit ne disparaîtra plus de devant vous; vous verrez le maître, qui vous enseigne.
21. Vos oreilles entendront sa parole, lorsqu'il criera derrière vous: C'est ici la voie; marchez dans ce chemin, sans vous détourner ni à droite ni à gauche.
22. Lors vous mettez au rang des choses profanes ces lames d'argent de vos idoles, et ces vêtements précieux de vos statues d'or; vous les rejeterez avec abomination, comme le linge le plus souillé: Sortez d'ici, leur direz-vous.
23. Le Seigneur répandra la pluie sur vos grains partout où vous aurez semé; la terre produira des blés avec abondance, dont vous ferez d'excellent pain; et en ce temps-là, les agneaux trouveront dans vos champs de spacieux pâturages.
24. Et vos tauraux et vos ânes, qui labourent la terre, mangeront toutes sortes de grains mêlés ensemble, comme ils auront été vannés dans l'air.
25. En ce temps-là, toutes les montagnes les plus hautes, et toutes les collines les plus élevées, seront arrosées de ruisseaux d'eaux coulantes, lorsque plusieurs auront été tués, et que les tours seront tombées.
26. La lumière de la lune deviendra comme la lumière du soleil, et la lumière du soleil sera sept fois plus grande, comme serait la lumière de sept jours ensemble, lorsque le Seigneur aura bandé la plaie de son peuple, et qu'il aura guéri la blessure qu'il avait recue.
27. Voilà la majesté du Seigneur qui vient de loin; il paraît dans une fureur ardente dont nul ne pourra soutenir l'effort; ses lèvres sont pleines d'indignation, et sa langue est comme un feu dévorant.
28. Son souffle est comme un torrent débordé, où l'on se trouve jusqu'au cou; il vient perdre et anéantir les nations, et rompre le frein de l'erreur, qui retenait les mâchoires de tous les peuples.
29. Vous chanterez alors des cantiques comme en la nuit d'une fête solennelle, et votre cœur sera dans la joie, comme est celui qui va au son des hautbois à la montagne du Seigneur, au Fort d'Israël.
30. Le Seigneur fera entendre la gloire de sa voix;